



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 76. Ratisbona a Suecis recuperata, horum crudelitas in Clericos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

**Sæc. XVII.** corum oculis imponerent: Inter cete-  
A. C. 1633. ras etiam Virgines quædam nec ille-  
cebris, nec minis, nec ferro cedens,  
cum in ea sollicitanda patientiam per-  
deret Lutheranus miles, moriendum nō  
est, inquit, amens filia: illa vero: id nō  
votis habeo, subjungit Sicarius: ut nō  
Catholica, vel Lutherana? mox exda-  
mantem: Catholica, ene in vñscera ab-  
acto interficit: Postquam vero ne  
prædæ nec libidini quicquam reliquum  
esset, Sueci portis qua incensis, qui  
confractis, disiectisque propugnaculis  
ac turribus totam, qua late patet, Re-  
gionem cædibus, rapinis, & incendio  
fæde devastarunt.

## §. LXXVI.

*Ratisbona a Suecis recuperata, ho-  
rum crudelitas in Clericos.*

*Le Blanc.*  
*Hist. de Bav.*  
*tom. 4.*  
*Adlzer. l. c.*

Direpta hac urbe Hornius Neobut-  
gum a Bavaris derelictum movit,  
promotisque inde castris Aichstadium  
urbem, arcemque ditione cepit, te-  
tamque hanc Provinciam gravissimis  
exactionibus, ac rapinis in vastam pro-  
pe soliditudinem rededit. Sub idem tem-  
pus Bernardus Vinariensis capto tubi-  
cine, qui ab Aldringero suppetias pe-  
titurus mittebatur, Ingolstadium inter-  
cipere incassum moliebatur: quo circa

spe autem delusus, cum suis copiis se- Sæc. XVII.  
cundum Danubium profectus est, capto A.C. 1633.  
Kelheimio Ratisbonam expugnaturus:  
Hanc strenue quidem propugnaverat  
Joannes Troibrezius Gubernator, a  
Maximiliano Electore ante Fridlandici  
auxillii adventum nequidem de deden-  
da urbe cogitare jussus: cum vero ob  
Fridlandi perfidiam nulla suppetiarum  
spes esset, aliunde vero cives secta Lü-  
therani Suecis faverent, Vinariensis  
vulnerato etiam Gubernatore, urbem  
post novem dierum expugnationem die  
decima quarta Novembbris, sub hone-  
stis cepit conditionibus, quæ tamen a  
Suecis insuperhabitæ sunt; tertio enim  
post die omnis Clerus ad aulam Epi-  
scopi, qui & ipse præsens aderat, e-  
vocatus, mox ducenta Thalerorum  
millia numerare, & insuper de aliis  
centom millibus cavere jussus est; &  
quamvis, omni auro argenteo ex  
Tempis undique corraso, quinques  
mille Thaleri altera die fuerint soluti,  
nihilominus die vigesima octava ejus-  
dem Mensis omnes Religiosi ex suis mo-  
nasteris ejecti, in Monasterium PP.  
Prædicatorum detrucebantur, ibidem  
dure admodum & arce custoditi. Al-  
tera die eis denuntiatum, ut cum re-  
liquis Clericis (exceptis duntaxat sin-  
gulorum Ordinum Superioribus) urbe  
*Hist. Eccles.* Tom.LIX. Ss ex-

Sæc. XVII. excederent, prius tamen ad majus le  
A. C. 1633. dibrium alea ludere jussi, quisnam eo  
rum in carcere detinendus esset, donec  
reliqui residuum lytrum repræsentant?  
cum vero omnia Catholicorum  
æteraria essent exhausta, nec Sacrum  
peculium suppeteret, duo Religiosi in  
ter acerbos Lutheranorum cachinos  
opprobria ostiatim per urbem reliquum  
lytri conquirere compulsi sunt: pol  
quam vero Sueci cunctas miserorum  
opes devoraverant, omnes Clericos  
qui adhuc in urbe supererant, in ex  
tremum protruserunt, adjunctis satellit  
ibus, qui eos ultimis etiam vitæ suffici  
tandæ reliquiis spoliarunt. Postea non  
modo agrum Ratisbonæ vicinum factum  
depopulati sunt, sed etiam Chambon  
& Deckendorfium ditione, Stras  
bingam vero oppugnationis vi sibi sub  
jecerant, atque ingenti pecuniarum  
summa civibus imposta, praesidiariis  
omnino inermes abire permisérunt,  
quos tamen post breve iter in cultu  
diam retraxerunt. Demum exhausta  
penitus Bavaria inferiore Vinariensi,  
Dux Passavium descendere parabat  
ut Austriæ superioris Protestantibus  
qui vel in Aula comparere, vel bonis  
suis intra semestre dividitis emigrare  
jubebantur, opem ferre posset; jam  
enim ineunte hoc anno hi Protestantes

*Ex Archiv.  
Abb. S. Crucis Aug.  
pag. 149.*

quosdam Augustam ad Oxenstirnium Sæc. XVII.  
ablegabant, ab eo efflagitantes, ut A.C. 1633.  
quosdam Tribunos, ac Centuriones  
submitteret, qui eorum cohortes con-  
tra Cæsarem conscriptas ducerent, post-  
quam vero Holakius Cæsaris nomine  
in Silesia plurimas urbes, necnon in  
Saxonia Lipsiam occupaverat, ac Fer-  
dinandus Hispaniæ Regis Frater in Au-  
striacorum opem cum valido exercitu  
accurrere dicebatur, Vinariensis a suo  
proposito, mira Dei providentia ab-  
steritus est.

§. LXXVII.

Clerus Augustanus a Suecis dire  
vexatus.

Quam iniqua hoc anno Clerus Augu- Hierarch.  
stanus a Suecis tolerare compul- Aug. P.  
sus fuerit, calamo vix assequi possu- Kham cap. 6.  
mus; præterquam enim, quod Sueci sect. 10.  
eorum prædia, pagosque, ex quibus pag. 424.  
annuos habuerunt proventus, direptos Ex Archiv.  
incenderint, incolasque pessime habi- Abb. ad S.  
tos expulerint, insuper novas identi- Crucem  
dem, ac facultatibus longe superiores pag. 144.  
exactiones ab eis exegerunt, & Cleri- Stengelinus  
corum domos, necnon Regularium comm. rer.  
monasteria impositis pluribus militum Aug. p. 2.  
centuris davarunt; præcipue vero  
die sexta Januarii, Christophori ab Aw  
cap. 72.

S 2

sum-